



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Hieronymi Dandini Cæsenatis E Societate Iesv De Corpore
Animato Lib. VII.**

Dandini, Girolamo

Parisiis, 1611

Digressio 9. De notiori natura & nobis, ad tex. com 14.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95641)

esse sit inesse. Eademque est essentia & existentia causa. Vt si Luna Eclipse per interpositionem terre probetur, non solum cur sit, sed etiam esse ostenditur ei, qui fortasse ignoret. Et in textu 8. lib. 2. de Post. resolutione legimus, posse quidem cognosci rem esse, ignorando cur sit: at cognosci non posse, cur sit, quin simul cognoscatur esse. Nam etsi effectum existeret antea cognitum; sensu tamen, non demonstratione ac per causam, cognoscatur. Quare dum ex effectu causam assequi ab illa rursus ad effectum regredimur, non ab eodem ad idem regredimur (esset enim circularis probatio argumentis optimis in textu 6. lib. primi de Posteriori Analyti confutata) quia non ab existentia causa ad effectus existentiam sensu notam redimus: sed ex vi & natura cause, cur effectus sit & propter quid existat, diuersum scilicet questionis genus, demonstramus.

Quod & Aristoteli probatum & pluribus in locis factitatum fuit vti in 1. quoq. lib. adnotauimus. In 8. lib. Phys. ex motus eternitate motoris eternitate demonstratur, & in text. 53. ex motoris eternitate eternitatem morus. In 2. lib. de Cælo text. 13. cælum habere dextrum & sinistrum, quia mouetur ab ortu ad occasum, & text. 34. moueri ab ortu ad occasum, quia dextrum habet & sinistrum. Et rursus in textu 48. stellas esse immobiles, quia sunt sphericæ, & text. 54. sphericæ esse, quia non mouentur. In primo de ortu & interitu text. 51. agens & patiens differre specie, & genere conuenire; quia sunt contraria: esseque contraria; quia differunt specie & conueniunt genere. In 1. lib. de Post. Analyti textu 7. propositiones demonstrationis esse necessarias, per se, & vniuersas; quia conclusio est necessaria: & text. 21. conclusionem esse perpetuam, quia propositiones necessariae sunt & vniuersæ. In textu 30. Planetas esse propè, quia non scintillant & rursus non scintillare, quia sunt propè. Lunam esse sphericam quia sphericè augetur lumine, & rursus sphericè augeti, quia est spherica. Mirro cetera. Ad huius rationis interpretationem reuertamur, à qua non nihil digressi videmur, dum exponeremus id, quod dicebatur; non solum quod res sit; sed etiam cur sit cognoscendum esse.

Altera igitur animæ definitio, quam Philosophus parat, hæc erit. Anima est principium primum, quo animata viuunt, sentiunt, mouentur, & intelligunt. Hæc & esse & causam continet. Alioque disposita modo demonstrationis erit conclusio. Animata differunt ab inanimatis, quod in se ipsis habeant principium primum, quo sentiunt, mouentur, intelligunt (neq. enim ab externa ad hæc impelluntur principio) at differunt per animam; anima igitur est principium primum, quo animata viuunt, sentiunt, mouentur, intelligunt. Ex quo etiam prior confirmatur definitio, quia animam tradidit formam esse & entelechiam primam organici corporis; vt post suo loco explicabitur & præterea reddetur ratio dubitationum omnium; inductique consideratio partium animæ ac facultatum.

Ceterum dum hanc posteriorem animæ definitionem, quæ causam continet, querendam esse proposuit; eam rationem exposuit, quoniam ex ijs, quæ natura sunt obscuriora & nobis manifestiora, progrediendum est ad ea cognoscenda, quæ natura sunt notiora, minusque nobis manifesta. Sic enim Philosophi orationem nimis concisam & propemodum mutilam monuerunt Simplicius &

A Philoponus additione eorum vocum, quæ prætermisse fuerunt, esse iuandam.

Sed Philoponus propositionem illam, tum ad superiora retulit, tum ad inferiora. Ad superiora; vt cum illis subsequenter tractationem coniungeret. Quoniam enim ex notioribus nobis ad notiora natura, nobisque occultiora progrediendum est, notiusque nobis est quod res sit, quam cur sit: notius totum vniuersum & confusum, quam illius partes distinctæ: notius, id quod est primum nobis, quam quod est primum natura: notiora inquam composita, quam simplicia, quæ natura sunt prima. Idcirco cum antea docuerit quod sit anima, eiusque vniuersæ generalem definitionem, quasi confusam, proposuerit: deinceps consequens est de singulis eius partibus dicere, & propter quid exponere. Ad inferiora verò & subsequenter, quemadmodum & Themist. & Auer. vt quem modum seruaturus esset ostenderet. Cum enim corpus si compositum; & ideo nobis notius, quam anima, quæ est simplex; à corpore ad animam progrediendum erit. Ita in sequenti textu principium facit ab animato corpore quatuorque, quæ re ab inanimato differat. Et rursus ex compositis ad simplicia progrediendo, ex hoc, quod viuentia viuunt, sentiunt, mouentur, intelligunt; animam colligit viuendi, sentiendi, mouendi, intelligendi, principium esse. Atque ita etiam ab vniuersa animæ natura in priori definitione exposita ad singulas eius partes descendit, & propter quid prioris definitionis ostendit.

Digressio IX. De Notiori Natura & nobis.

Porro à notioribus nobis ad notiora natura progrediendum esse, & alibi sæpe admonuit, & perpetuò obseruauit: Vt in textu 2. lib. 1. Phys. & text. 10. lib. 7. Metaph. & cap. 6. lib. 1. de Hist. animal. & cap. 4. lib. 1. de moribus ad Nicomachum. Ex sensibus enim cognitionem omnem haurimus. Duobus item modis dici notius, aut natura, aut nobis; non solum hoc loco significatur, sed & apertè explicatur in primo libro Phys. text. 2. & 49. & 1. de moribus, & 7. Metaph. locis notatis; & 5. Metaph. text. 16. & 1. lib. de Post. resolutione text. 15. & 6. Top. cap. 1. Et quidem notius natura in 1. Phys. & 7. Metaph. appellatur notius secundum rationem; alibi etiam absolute & simpliciter: & notius nobis dicitur esse notius secundum sensum. Hoc loco notius solum secundum rationem nominauit, sed cum rationi sensum opponere consueverit; ex illo alterum membrum, quod est notius secundum sensum, intelligi voluit. Et quia idem est esse prius & esse notius; duo hæc in primo Post. & 6. Top. & 7. Metaph. coniunguntur; & in 5. Metaph. priora cognitione, & hoc loco notiora dixit.

Prius porro, ac notius natura multis modis sumitur. Primum enim significat id, quod est maxime ens & actus, & ideo sua natura maxime intellectibile. Sic in text. 1. lib. 2. Metaph. Intelligentias vocat notissima natura: & text. 10. lib. 7. quæ nobis sunt nota ait plerumque esse parum nota natura, & parum ente participare: & text. 15. lib. 9. actus dicitur substantia prior potestate. Et text. 56. lib. 8. Phys. id dicit prius altero quod substantia præstat. Secundo significat id, quod primum intenditur à natura & est quasi finis & vltimum aliorum. Sic species

L L iij

Methodus seruanda.

Notius natura quid.

generibus & composita suis principijs priora dicuntur : & in textu 8. lib. 8. Phys. & cap. 1. lib. 2. de part. animal. & textu 15. lib. 9. Metaph. quæ sunt generatione posteriora, esse natura priora. Verum posterior hic prioris modus ex priori pendet. Propterea enim hæc intenduntur à natura & sunt aliorum finis, quod perfectiora sunt & magis entia. Sed posterior modus in illis tantum spectatur, quorum vnum refertur ad aliud. Tertio notius natura dicitur, quod ita est prius altero secundum naturam, vt illud sine altero esse non possit; hoc verò possit sine illo. Quo modo genus specie, & vniuersa singulis natura priora & notiora dicuntur. Quo etiam spectat prioris illa notio, qua in libro Categoriarum, & in 5. Metaph. cap. de priori, id dicitur prius, à quo non valet consequutio. Ad extremum natura notius appellatur, quod prius est tempore; & requiritur; vt aliud existat. Ita causæ priores & notiores effectis & compositis sunt. Vt ea, quæ tertio loco posita sunt, simul sint; eorum autem, quæ quarto, vnum tempore præcedat alterum.

Notius natura eorum dicitur.

Ex quibus intelligas, notius & prius natura esse notius simpliciter, & notius ratione. Cùmque notius natura dicimus, naturæ nomine non intelligi Deum, cui omnia sunt æquæ nota; sed aut agens naturale, quod si dum res producit, eas cognosceret, prius cognosceret ea, quæ priora dicuntur & notiora natura. Quod fortasse voluit Auer. comm. 3. lib. 1. Phys. cùm causas dixit notiores esse natura, quod natura facit composita ex causis: vt enim nos in ijs, quæ agimus, causam prius, quæ effectum cognoscimus; ita si natura cognosceret, causas prius cognosceret. Verum quia hoc modo non videtur esse absolute nota; sed ex hypothesi; & quamuis prius attigantur causæ, prius tamen intenduntur effectus & composita; verius dixeris, vniuersa & causas (hæc enim proprie censentur notiora natura) non appellari notiora natura, sed natura, vel secundum naturam; hoc est sua natura. Hoc enim est notius simpliciter (nam etsi Græcè legatur τῆ φύσις, in dandi casu, nil tamen mirum; cum Græcorum sit mos ablatiua formæ atque etiam efficientis (vt loquuntur grammatici) in dandi casu ponere. Ea verò dicuntur sua natura notiora, quia priora, & ideo prius intellectilia. Sunt autem priora, quod naturam habeant minime à minus vniuersis, aut ab effectis & compositis pendente, quæque sine illis esse & cognosci possit. Hæc autem ignotiora natura dicuntur, quia posteriora, & ita pendunt à prioribus, vt absque illis nec esse, nec cognosci possint, quippe ex textu 4. lib. 2. Metaph. vt res se habet ad esse, ita ad veritatem & cognitionem.

Hæc autem interpretatio ex duobus potissimum locis colligitur, alter est in tex. 16. lib. 5. Metaph. vbi prius natura esse accidens ait, quàm totum, vt musicū, quàm hominem musicū, quia hoc sine illo non potest intelligi. Et post addit, ea esse natura sua priora, quæ absq. alijs esse possunt, hæc autē sine illis non possunt. Alter in lib. Top. loco 18. vbi definitionem ex notioribus natura debere constare probat: quia genere & differentia constare debet. Hæc autem priora & notiora natura dicuntur: tum quia illis sublati tollitur species: tum quia sine illis non potest species cognosci, ea possunt ignorata specie intelligi.

Notius nobis eorum.

Iam verò notius, seu prius nobis, vel quoad nos id dicitur, quod nobis primum occurrit in sensuum cognitione: quare in 1. Phys. & 5. Metaph. dicitur

notius sensu hoc attem ex 1. lib. de Posteriori Analyti textu 5. est id, quod sensibus esse propinquius. Cuius generis sunt res singulæ; effectus, & composita.

Tota autem hæc diuisio notioris natura & nobis ex eo deducta est, quod scientia est cognitio rei cuiuspiam ab intellectu nostro comparata. Idcirco pendet partim à rebus vt ab obiecto: partim ab intellectu nostro, vt ab efficiente & subiecto. A rebus quidem, quia debet esse cognitio rei vt res est. Quare cum res habeat esse à suis causis, ex illis cognitio debet. Et cùm vniuersaliora sint sua natura priora, prius quoque cognosci debent & tractari. Inde ordo & dispositio in scientia; vt causæ primum & magis vniuersalia cognoscantur; tum ea, quæ ex illis pendunt. Ab intellectu autem in inuestigatione & inuentione. Cùm enim omnis inuestigatio ex aliquo noto ad ignotum aliquid cognoscendum progrediatur; incipimus necesse est ab aliquo intellectu noto. Quare supposito ordine illo, qui ex parte rei cognoscendæ requiritur; vt causæ & vniuersalia magis primum tractentur; in horum inuestigatione seruandus est modus intellectui conueniens, qui est à sensatis. Namque animus noster, quamuis sit immaterialis & facultatem habeat operationem, & obiectum immaterialia; intellectum intellectuum, & ens vniuersum: est tamen corporis forma. Itaque dum operatur, obiectiue pendet à corpore, quia accipere debet obiectum ex phantasmate, atque interueniente sensuum cognitione intelligere. Ita fit, vt aliquod sit illi notius: non quod sua natura sit magis intellectibile; sed quod per sensum facile cognoscatur. Atque hoc est, quod innatam nobis esse dixit viam à notioribus nobis ad notiora natura. Nam etsi demonstratio ex causâ ex natura notis procedat ad nota nobis: non negamus tamen fieri posse progressum à notioribus nobis ad nota nobis: sed in cognoscendi modo contendimus à notis nobis inchoandum esse; præmittendamque demonstrationem ex effectu, vt postea fiat regressus, de quo in commentario dictum est.

Disputant autē Interpretes, num eadem possint esse nota nobis & natura. Aristoteles in tex. 1. lib. 1. Phys. aperte negat. Etsi nota natura sunt res vniuersales, & causæ, nota nobis res singulæ & effectus; idem non potest esse vniuersum & singulū, Causa & effectus. In Mathematicis disciplinis affirmat plerique, idem esse nobis & natura notius; quia quod in illis est causa, nobis quoque est notius. At exijs, quæ in Analyticis traduntur, manifestum est, in illis proprie non reperiri notiora natura; quia veras causas non habent. Etenim sæpe reciprocantur demonstrationes: atque id, ex quo aliquid probatur, ex illo ipso in alia demonstratione ostenditur, & vtraque demonstratio est æquæ perfecta. At idem comparatione eiusdem notius natura & nobis esse non potest. Quamuis igitur demonstrationes illæ reuocentur ad communissima quedam principia, definitionesque communissimas terminis constantes: hæc tamen non sunt veræ causæ. Deinde cùm conclusio, quæ ex aliquibus principijs probatur, possit ex alijs deduci: ac proinde sciri prioribus illis ignoratis (quare etiam eiusdem conclusionis plures sunt interdum demonstrationes æquæ perfectæ) constat disciplinis esse; nec proprie habere notiora nobis, sed secundum quid: nimirum quia ex illis principijs nobis iam notis conclusionem illam

illam deducimus. Quare improprè dicuntur eadem esse in illis notiora nobis & natura; vt conclusionem ex principijs quibusdam nobis iam notis, & quæ quoquo modo rationem habent causæ, deducimus.

De reliquis scientijs, ac potissimum de Physica, in quibus propriè sunt nota natura & nobis, hoc est verè causæ & effectus; ita vt nec illius effectum alia possit esse causæ, ne illa causæ per alium effectus cognosci: omnino statuo, ea, quæ sunt notiora nobis, non esse plerumque notiora natura. Et quoniam quatuor modis dictum est appellari notum naturæ; sanè in primo res est manifesta. Nam quod est magis intellectile & immateriale, minus est sensibile. Et quoniam cognitio nostra ex sensibus hauritur, minus est nobis notum. In 2. potest quidem esse aliquid notius vtroque modo; quia composita & species sunt magis sensibilia, quam causæ & genera. Verum minus propriè dicuntur notiora natura. De 3. & 4. vniuersè verè est, notiora natura esse ignotiora nobis; cū vniuersalia & causæ sint minus sensibilia, quam minus vniuersalia & effectus, seu composita.

In particulari autem distinguenda est duplex cognitio nostra, altera imperfecta & confusa; altera perfecta & distincta. Nam in 4. modo cognitione distincta prius cognoscuntur causæ. Tum quia eas sunt necessariè ad distinctam effectuum cognitionem. Tum quia cum sint simpliciores, pauciora requirunt vt cognoscantur. At cognitione confusa, si sint causæ intrinsecæ, quæ item sunt partes; cum compositum ex illis sit quoddam totum; propterea est nobis notius, quia est id, quod verè existit, & in quo accidentia sensibilia insunt: & ideo in omni scientia totum cognitione confusa notius est partibus componentibus. Quod si causæ sint extrinsecæ, efficiens aut finis, quæ partes non sint; hæc ipsæ plerumque sunt in Physicis ignotiores effectuum: cum tamen effectus est manifestus, vt Eclipsis, pluuia, ventus, & alij similes. Sin autem effectus sit occultus, vt in multis herbis & alijs, quæ latentes habent virtutes; notior est nobis causæ, quam effectus: non tamen sub ratione causæ, sed materialiter solum res ea, quæ est causæ.

De 3. maior difficultas. Nam in textu 4. 1. lib. Phys. ab vniuersalioribus tanquam sensu notioribus inchoandum esse dixit Philosophus; & in textu 31. posterioris lib. de ortu & interitu faciliorem esse cognitionem singularium rerum cognitis vniuersis. Cum tamen in text. 49. lib. 1. Phys. & text. 16. lib. 5. Metaph. res singulas dicat sensu notiores esse, vniuersas ignotiores, & 1. lib. Metaph. cap. 2. vniuersas esse cognitui difficillimas, quod sint à sensibus distantes. Quare in text. 22. lib. 2. de Poster. Analyti, facilius esse dicitur definire, singulare hoc est minus vniuersale, quàm magis vniuersale; & ideo à singularibus ad vniuersalia procedendum. Immo in text. 37. 1. Phys. & text. 2. lib. 3. & 1. de part. animal. cap. 4. ordinem naturæ esse communium tractationem premittere, particularia & propria posterius docere. Denique cum vniuersalia sint natura notiora, & generatione priora, vt ex 2. de animal. ortu cap. 3. cognoscitur; vbi prius dicitur procreari viuens, deinde animal, tum homo: aut eadem erunt nobis & natura notiora, aut non rectè dicitur vniuersalia esse sensu notiora.

Et quamuis huc spectare videatur perdifficilis illa questio de primo cognito; Eam tamen in alium locum differens, hæc nunc significabo. Primum,

A si sermo sit de cognitione intellectus & sensuum simul; nobis notiora sunt singula, quàm vniuersa. Cum enim in nobis antecedar cognitio sensuum, nec sine ea quidquam comprehendat intellectus; profectò primum omnium cognoscet intellectus singula, quæ sola percipit sensus.

Deinde si de sola intellectus cognitione loquamur, & vniuersale sumatur pro eo, quod est plurimum effectuum diuersorum causæ; qualia sunt Deus, Intelligentiæ, & Cæli; ignotius est nobis vniuersale. Sic Auer. interpretatus est text. 5. lib. 1. de Poster. Analyti; & intelligendus videtur Aristoteles in cap. 2. lib. 1. Metaph. vbi agebat de sapientia, quæ circa primas & vniuersalissimas causas versatur.

Tum verò si vniuersale dicatur, quod est in multis & de multis dicitur; formalitèr sumatur, vt secundam habet intentionem ignotissimum quiddam est, & vt loquebatur Ar. in 1. lib. de anim. text. 8. posterius, hoc est post singularium cognitionem quod si natura ipsa vniuersalis consideretur, deque cognitione distincta sit sermo; vniuersaliora sunt nobis primum cognoscenda. Tum quia sine illis cognosci nequeunt inferiora. Tum quia cum vniuersaliora pauciora in se contineant, facilius cognoscuntur.

C Quia tamen notius nobis dici solet, quod nobis primum occurrit & est magis sensibile: hæc, natura, non nobis, notiora dicuntur. Quia ideo prius cognosci debent, quia sunt natura priora, nec sine illis possunt cognosci cætera. Atque hinc est illud; In scientijs ab vniuersalioribus inchoandum esse, & illud; Facilius singula cognosci cognitis vniuersis.

Iam verò si de cognitione confusa loquamur; Nominales singulare; Scotus speciem vltimam; S. Thomas & Auicenna maximè vniuersalia, nempe ens, dicunt primum à nobis cognosci. Ego singularia primum cognosci volo. Tum quia singularia sola verè existunt; & sunt subiectum accidentium sensibilibus, per quæ cognoscimus tum quia ab illis est omnis cognitio abstrahenda.

Ex vniuersalibus autem prius à nobis cognosci speciem vltimam, quàm magis vniuersalia. Tum quia post singularia species hæc dicuntur subsistere: earatione, qua singulare, quod actu existit, essentiam aliam non habet, quàm speciei: cum tamen præter genus differentiam contineat speciei propriam. Tum quia in illis sunt accidentia omnia, tum specifica, tum generica. Tum quia sunt sensibus propinquiores; sensibusque propinquiora dicuntur nobis notiora. Quare cum cognitio nostra petatur ex sensibus; primum cognoscitur species, deinde ex speciebus abstrahitur genus; eademque est speciei & generis ratio, que est indiuiduorum & speciei: & vt indiuidua ante speciem cognoscuntur, ita hæc genere prius cognosci debent. Ita conficitur, quidquid cognoscitur, cognosci prius sub conceptu speciei, quam generis. Quippe omnis nostra prima abstractio fit ab indiuiduis, & est speciei; abstrahitio verò generis fit à speciebus, aut ab indiuiduis interuentu speciei.

E An autem hoc, quod primum cognoscitur sub conceptu speciei, sit species secundum propriam rationem, an sub aliqua vniuersaliori ratione; an inquam cognoscatur homo vt est homo, an vt est ens aut substantia; ex horum graduum accidentibus iudicandum est; siquidem ex sensibus ducitur cognitio nostra. Et quoniam vt gradus vniuersaliores

Quid prius
magis co-
gnoscatur.

contrahuntur ad inferiores, ita etiam illorum accidentia ad horum accidentia determinantur, ut videre est in quantitate, colore, ac ceteris. Corporis enim accidens est quantitas, animalis, aut hominis talis vel talis quantitas, hoc aut illo modo affecta, cum hac vel illa figura. Propterea superiorum accidentia sunt communiora, saepius occurrunt cognoscenda, minoris sunt entitatis, atque ut cognoscantur minore vi & facultate cognoscente indigent. Et sensus, quo est perfectior, plures obiecti, sui differentias distinguit: quo vero imperfectior, pauciores & communiores tantum percipit. Cum aliquid procul cernimus, communia tantum cognoscimus. Propria dum propriis accedimus. Et pueri, ut est in tex. 5. lib. 1. Phys. communia primum & figuram hominis apprehendentes, omnes homines patres appellaut, tum cognoscentes plura, suum à reliquis parentem distinguunt.

Quamvis vero superiorum accidentia ab inferiori, inferiorum à robustiori facultate percipiuntur: si tamen ea fuerit in aliquo virtus, quae inferiorum accidentia percipere valeat, ea sanè primum cognoscat. Quippe accidentia haec & perfectiora sunt & magis sensilia, & sola verè existunt, cum accidentia generica contrahant, nec ibi verè existat genericum accidens, nisi contractum. Quare cum haec sola verè existant, sola mouent sensum, suntque facultati magis accommodata, & si facultas sit ad cognoscendum comparata & obiectum conuenienter coniunctum, illa semper prius cognoscuntur. Tum quia specificum accidens comparatione generici est velut totum, quod cognitione confusa prius, quam partes, cognoscitur. Tum quia experitur, sensus firmos ad operandum, conuenienterque coniunctos cum obiecto vltimas quas possunt, illius differentias percipere.

Dum tamen specificum accidens percipitur, quoquo modo genericum, quod in illo continetur, confuse cognoscitur. Quod si quando genericum solum accidens facultati proponatur, resque sub conceptu generico apprehendatur: id non ex parte accidentis oritur, sed ex parte facultatis, quae cum imbecillior sit & nimium distet obiectum, non percipit omnem accidentis motionem, quam in facultate firmiori faceret. Itaque cum non possit propria distinguere, communia solum & quae minore vi cognoscente indigent, percipit. Hinc est puerorum illud exemplum, qui communia primum cognoscunt. Sensus enim in ea etate sunt imbecilli & communia solum percipiunt. Deinde, cum accuuntur, distinguunt propria.

Et quoniam intellectus non operatur nisi firmioribus iam sensibus, quod perfectiores quærat in corpore dispositiones; imaginatione tunc potissimum agitur: absolutèque dici potest, primam nostram cognitionem non esse necessario de re sub conceptu vniuersaliori. Etenim ut sensus aut vniuersaliora, aut magis particularia percipiet, intellectus quoque aut vniuersale, aut particulare cognoscat. Quemadmodum tamen sensus, dum particulare sentit, quodam modo vniuersale in eo contentum sentit: ita & intellectus, si specificum concipiat accidens, supponit quodam modo & confuse cognoscat genericum.

Quid scilicet
cuius
confusa
sunt.

Iam si quaeratur, vtrum facilius cognoscatur, vniuersale ne, an particulare; cognitione confusa facilius cognoscitur vniuersale. Tum quia communiora sunt & pauciora accidentia. Tum quia minori egent

A cognoscente virtute: hocque puerilis cognitio confirmat, & sibi volui. Ar. in textu 4. antea citato; cum vniuersalia nobis notiora, hoc est cognitio faciliora, & idè ab illis inchoandum esse dixit. Ut tamen communiora illa & pauciora facile ad conceptum aliquem & confusam cognitionem nos ducunt; sic agrius distinctam & perfectam adferunt; quae exploribus & perfectioribus accidentibus potius acquirunt. Denique si vniuersalis cognitio confusa facilior est & interdum prior cognitione confusa particularis: & ut antea ostensum est, particulare cognosci distinctè non potest sine distincta vniuersalis cognitione; multò magis cognitio confusa vniuersalis cognitione distincta particularis prior est & facilior. Ceterum particulare confuse cognitum notius est cognitione distincta vniuersalis. Quod tum ex dictis percipimus est; tum ex textu 5. iam notato colligi potest. Nam definitum, tanquam particulare, dicitur notius confuse definitione, in qua est genus vniuersalius. Quamquam alias non ignoro esse illius loci expositiones.

Et hæc quidem de vniuersali & particulari dicta sunt, ut secundum suam naturam considerantur. Si enim spectentur ut se vicissim continent, vel vterotum potestate, vel ut totum actus; sanè totum vteroque modo, siue sit superius, siue inferius, potius est cognitione confusa: posterius distincta. Ad extremum ex his omnibus intelliges, quomodo Aristoteles id seruauerit; quod proposuit à notioribus nobis ad notiora natura progrediendum esse. Nam si tota tractatio consideretur, antea cognitionem & definitionem generalem & quasi confusam tradidit; nunc speciale magis & distinctam aggreditur. Antea exposiuit, quod sit anima, deinceps cur sit aperiet. Sin verò subsequenter solam tractationem accipias; in ea & ab animato ad animam & ab operatione viuendi, sentiendi, mouendi, & intelligendi, ad animam, quae illius principium est, & omnino ab effectu ad causam procedet. Sicigitur habet.

TEXTVS.

Δεγαίρω οὖν ἀρχῆν λαβόντες τῆς σκέψης, ἀπορίῃ τῆ ἐπιφορῆν τῆ ἀψύχῃ τῶ ἐλεῖ. ἀποταρῶς δὲ τῶ ἐλεῖ λαβόντες ἐν τῇ πύτῃ ὑπαρχῇ μίον ἐλεῖ λέγουσάν τῃ ἀπορίῃ, ἀπορίῃ κίματος, ἢ σάως ἢ κῆ πύτῃ. ἐν δὲ κίματος ἢ κῆ ἐλεῖ, ἢ ἄλλοι τῇ, καὶ αὐτῶν.

Dicamus igitur principium considerationis accipientis, secretum esse animatum ab inanimato, quod vniuersale. Multis autem modis cur dicitur viuere, est enim aliquid horum in se solum; viuere ipsum dicitur: ut intellectum & sensum, & motum, & statum secundum locum: adhuc autem motus secundum nutritionem & accretionem & accretionem.

COMMENTARIUS XV.

Inuestigaturus perfectiorem aliam & distinctam magis animæ definitionem, principio facto à sensatis & compositis, magis quo nobis notis: siquidem animata notiora nobis sunt, quam anima: quemadmodum initio secundi Phys. ex differentia naturalium ab artificijs collegit, quid sit natura: & superius in

Etenim nutritionem vidit operationem esse omni tempore necessariam ad sustentandam vitam ; accretionem vero & decretionem tempus habere determinatum. Omnibus tamen hoc esse commune, vt omnem in partem & secundum omnes situs differentias fiant : ideoque vite & anime operationes sint.

Porro hoc loco contineri videtur argumentum à minori ad maius. Nam si plantæ, quæ omnium sunt primæ, & minimè videntur viuere, vixque à mere naturalibus & inanimis distingui ; viuunt tamen, dum nutriuntur & augentur : quanto magis viuere dicuntur animalia, quæ cognitionem & motum habent? Quibus manifestissime seipsa excitant ad operandum, habentque in seipsis euidentissimum suæ operationis & motus principium internum. Duplex autem plantalis vite argumentum his verbis significatur. Alterum ; quod in se ipsis habeant operationis principium. Alterum ; quod ad contraria loca operentur & sursum & deorsum, & omnem in partem.

Plantæ viuere.

TEXTVS.

Χωρὴς δὲ αὐτῆς τὸ πρῶτον ἄλλο δὲ ἄλλο τὸ δεύτερον ἐν τῇ ἐννοίᾳ φανερὸν ὅτι οὐκ ἐστὶν ἕνα ἀπὸ αὐτῆς ἢ παρὰ δὲ ἄλλοις ἄλλοις ψυχῆς.

Tex. 15. Separari autem hoc quidem ab alijs potest, alia autem ab hoc non possunt in mortalibus. Manifestum autem in vegetantibus. Nulla enim in est in ipsis alia anima fasciata.

COMMENTARIUS XVII.

Postquam exposuit primum vite gradum; plantæque ostendit & ea, quæ vegetant, participare vita: Exponit etiam, quomodo hic gradus se habeat comparatione reliquorum perfectiorum. Eumque ostendit posse ab alijs omnibus separari, atque in quibusdam solitarij reperi: & ideo viuentium quoddam & animatorum genus à cæteris omnibus distinctum constituere. Plantæ vegetant, nec tamen potiuntur sensu. Multo minùs incessu, aut intellectu. Immo verò cum plures existant primi huius vite gradus operationes, Nutritio, Accretio, Procreatio; sola nutritio ad vitæ sufficit, potestque sine alijs esse. Multa enim procreandi vim non habent, & in omnibus tandem cessat Accretio; sola viget Nutritio, nec intermittitur vnquam; solaque hac actione viuunt. At non ita possunt sine prioribus esse posteriores reliqui, & perfectiores gradus; aut operationes. Quoniam id quidem, quod inferius est & imperfectius, à quo principium facit natura ad perfectiora sensim progrediendo, potest sine superiori & perfectiori esse: at hoc sine illo esse nequaquam potest, sed illud necessario supponit.

Quod in mortalibus intelligendum est. Nam intelligentiæ separata interdum habent sine reliquis. Et vt sunt à corpore & materia abiunctæ; ita viuere possunt absque inferioribus illis gradibus, qui materiales sunt & corporei. Verùm optimam seipsis degunt vitam, vt est in textu 100. lib. 1. de Cælo & t. 39. lib. 12. Metap. & cap. 8. lib. 10. Moral. ad Nicoma-

chum. Optima autem hæc vita tota est intellectus functio, qui supremus & optimus vite gradus numeratur. Quare quod in decimo lib. de leg. scripsit Plato, Deos scire, videre & audire omnia; non ita erit accipiendum, vt corporis sensus dixerit, sed sensum appellauerit cognitionem illam sensillum rerum, quæ sensibus à nobis percipi solet, etsi ab illis intellectu comprehendantur.

Ad Deorum enim prouidentiam credidit pertinere eorum omnium cognitionem, quæ sentia, aut intellectu percipi solent. Quare Philoponus in textum sequentem in diuinis ait non esse hos quinque sensus nobis familiares: sed meliores alios ac diuiniore; meliorem scilicet & diuiniorem sensillum cognitionem. Et in Timæo ipsemet Plato Mundum scribit summa cum equalitate opificem totaliter, quoniam nec oculis indigebat, cum nihil extra mundum sit, quod cerni possit; nec auribus, cum nihil super sit foris, quod audiatur. In mortalibus verò & corporeis intellectus esse non potest sine sensu. Quoniam vt est corporis forma, sic à corpore accipere debet intelligendum obiectum, hocque fit per sensus. Sensus porro vegetatione indiget, tum ad caducam naturam conseruandam, tum etiã quia & operatur per calorem, qui conseruatur & pascitur humido; & vitur spiritu, qui cum continenter consumatur atque ex agitatione crebra euanescat, opus habet refectione.

Hoc loco abusus est Petrus Pomponatius ad animæ nostræ mortalitatem asserendam. Quod Anst. dixerit, In mortalibus animam intelligere non posse sine sensu & alijs vite gradibus. Sed nihil omnino conficit. Nam quod in nobis intelligere nequeat anima sine sensibus; propterea fit, quia est corporis forma: & ideo, quandiu materialis huius corporis forma est, sensibus eget. At quoniam præter vim formæ immaterialem habet & subsistentem naturam, intelligendique operationem, quæ sua natura opus non habet sensibus; potest ipsa corpore destructo subsistere, & verò sine illius sensibus intelligere.

TEXTVS.

Τὸ πρῶτον αὐτῆς τὸ πρῶτον ἄλλο δὲ ἄλλο τὸ δεύτερον ἐν τῇ ἐννοίᾳ φανερὸν ὅτι οὐκ ἐστὶν ἕνα ἀπὸ αὐτῆς ἢ παρὰ δὲ ἄλλοις ἄλλοις ψυχῆς. Ἐπειτα αὖ δὲ ἄλλο τὸ δεύτερον ἐν τῇ ἐννοίᾳ φανερὸν ὅτι οὐκ ἐστὶν ἕνα ἀπὸ αὐτῆς ἢ παρὰ δὲ ἄλλοις ἄλλοις ψυχῆς. Ἐπειτα αὖ δὲ ἄλλο τὸ δεύτερον ἐν τῇ ἐννοίᾳ φανερὸν ὅτι οὐκ ἐστὶν ἕνα ἀπὸ αὐτῆς ἢ παρὰ δὲ ἄλλοις ἄλλοις ψυχῆς.

Viure igitur propter hoc principium inest omnibus viuentibus. Animal autem propter sensum primum. Etenim quæ non mutantur neque mutant locum, habent autem sensum, animalia dicimus & non viuere solum. Sensus autem primum inest omnibus tactus. Et sic tactus ab alijs sensibus. Vegetans autem dicimus huiusmodi partem anime, quæ & plantæ participat. Animalia autem omnia videntur tangendi sensum habere.

COMMENTARIUS. XVIII.

EX ijs omnibus, quæ de primo nutrientis vite gradu docuit, tandem concludit; vitam propriè dictam, vt à cæteris gradibus distinguitur viuentibus

viuentibus omnibus reperiri propter hoc principiu. Beneficio Gilicet vegetantis animæ. Quare & absolute appellatur vita, quod tum natura sit prior & ceteras antecedit; tum magis sit omnibus ad vitam necessaria. Quoniam si hæc nulla potest esse vita, hæc sine ceteris potest. Non est igitur hæc potissima vita, sed prima & communissima: melior vita sensus, optima intellectus. Ita semper ad meliora promouet natura.

Merito tamen eos reprehendit Themistius: qui viuere inquebant de plantis & animalibus homonymè dici: quod in illis viuere sit natura vti; quasi vegetans anima quædam sit: in his autem anima vti. Nam si nutrix & auget ad naturam, non ad animam, pertinent: consequens est, aut animalia non viuere quæcunque non sentiunt; aut diuis in illis inesse vias. Deinde: multa sunt, quæ natura viuunt, quia mouentur, vt elementa: quæ tamen non dicuntur viuere, cum non nutriantur, nec vegetent. Tum verò gignendi vis facultas est anima, eaque in plantis viget: anima igitur viuunt plantæ. Quod si *causa*, si animal, dicitur *causa*, quod est viuere, quemadmodum apud Latinos animal ab anima: non ideo dicitur, quod anima sentiens det propriissimè vitam, aut propriissimè & primò animet. Sed ita obtinuit vsus loquendi, quod & vita & anima, earumque operationes illutrioris sint & maximè appareant in animalibus, quæ sensu quoque potiùt. Quemadmodum inquit Themistius & Philoponus, curiores, dicimus, non eos, qui quocunque modo cursus participes sunt: sed eos, qui vehentioris & apertum magis habent.

Deinde ad secundum vitæ gradum progrediens, qui est sensus, quo animal constituitur: ita est à priorè distinguit, vt ille viuicibus omnibus communis sit, hic in solis animalibus inest, ita illorum proprius, vt animal per sensum primò constituitur, est superioribus reliquis inest & intellectu careat. Etenim eæ, quæ sensum habent præter nutritionem & generalem illam vitam, quamuis loco non moueantur, nec progrediantur quoquam, vt plantæ animalia, spongiæ, conchilia: non solum dicuntur viuere, sed & animalia esse.

Quamquam inter plantas & animalia antcipitis videntur esse natura. Siue quod sensum habeant, vt animalia, nec tamen moueantur loco, vt plantæ. Etli quoquo modo pandant sese & contrahant, vt sensus, ita & motus obscurus est. Siue quod de illis interdum dubitatum. De spongijs ita scriptum est in c. 16. lib. 5. de animal. hist. sensum spongijs esse aiunt, argumento, quod ad auulsoris accessum contrahuntur ita, vt cuelli difficile sit (idem habet cap. 1. lib. 1.) quod idem etiam faciunt quoties flatus, tempestalque vrget, ne sua de sede pellantur. Sed sunt, qui de hoc dubitent; vt qui Toronam incolunt. Quare in c. 5. lib. 4. de Part. non omnino animalia vsus est dicere, sed naturam potiùs inter plantas & animalia mediam.

Nomine porrò sensus sentientem animam oportet cum Themistio intelligere. Ea enim est, quæ primò, hoc est immediatè & potissimè constituit animal: non sentiendi facultas, vt vsus est interpretari Philoponus: tamen ex operatione, vt reliqua, ita hoc quoque cognoscimus.

Sed quemadmodum dum de vegetandi gradu loqueretur, cum dixit posse in viuicibus quibusdam absque aliorum superiorum vilo reperiri, quoniam primus est & imperfectissimus: alios tamen supe-

riores absque illo esse non posse. Ita nunc in magna quadam huius secundi gradus latitudine tactum affirmat primum esse omnium sensum, quicquid animalibus cunctis primò inest. Est enim omnium imperfectissimus & materiatus maximè: quia primus ex primarum qualitatù temperatione oritur nec alium priorem supponit sensum. Verum cum tactu gustatus quoque comprehenditur, vt verè simplicius admodum. Nam est tactus quidam. Et cum sit sensus alimentum, sine quo animalia nulla viuere possunt, aliquis saltem, si non perfectus, omnibus planè necessarius est ad alimentum suscipiendum, vt in ca. 1. lib. de sensu & sensibili Arist. idem confirmat. Et illud in c. 4. Nutrit autem vt est gustabile, id quod offertur. Omnia enim nutriuntur dulci vel simpliciter, vel mistim. Si enim omne animal nutritur gustabili, gustatu omnia prædita esse oportet. Tamen si imperfectissimis quibusdam vix apeareat, vt propterea omnino non inesse videatur: quemadmodum est in ca. 2. lib. de somno & vigilia. Sicut & tactum inesse omnibus necesse est. Non solum quia est primus, absque quo ne gustatus quidem inesset. Sed etiam, vt animalia cognoscant quid sibi commodum sit, quid noxium, amplectendo quod aut fugiendo vitam tueantur. Potest tamen tactus & cum eo gustatus ab alijs omnibus separari, & in quibusdam imperfectioribus animalibus reperiri.

Itaque concludens quasi explicationem horum duorum graduum vitæ, vegetantis & sentientis: quoniam animal dixerat sensu constitui, hoc est viuentium illud genus, quod secundo vitæ gradu continetur, esse vniuersum animalium genus: subiungit, primo illo vegetandi gradu plantas constitui, omnemque illo plantas participare: quemadmodum animalia cuncta sensu, hoc est tactu, participant.

TEXTVS

Δὲ τὸ εἶναι αἰσθητὴν τὸ πρῶτον ὅσον ἐστὶν ἄνευ ἑσπερὶ ἰσοδυναμίας αἰσθητικῆς ἐπιπέδου ἢ ἰσοδυναμίας ἰσοδυναμίας αἰσθητικῆς ἐπιπέδου, ὅτι τὸ πρῶτον ἐστὶν ἀρχὴ καὶ ἐπιπέδου, ὅτι τὸ πρῶτον ἐστὶν ἀρχὴ καὶ ἐπιπέδου, ὅτι τὸ πρῶτον ἐστὶν ἀρχὴ καὶ ἐπιπέδου, ὅτι τὸ πρῶτον ἐστὶν ἀρχὴ καὶ ἐπιπέδου.

Propter quam autem causam horum utrumque accidit, posterius dicemus. Nunc autem eatenus dictum sit solum, quod anima est horum, que dicta sunt, principiu. Et his definita est, vegetante, sentiente, rationali, motu.

COMMENTARIVS XIX.

Dixerat quidem vegetans sine alijs esse posse: tactumque item ab alijs sensibus separari, atque in imperfectioribus quibusdam animalibus solitariu reperiri. Sed nullam huius rei causam significauerat. Propterea nunc addit, vtriusque horum causam posterius docendam esse. Quoniam enim viuentium omnium corpora fluxa sunt & caduca; Et principio parua & imperfecta; omnibus inesse debuit nutrix facultas, quæ & id reponeret, quod effluxisset & ad maiorem perfectionem adduceret. Omnibus quoque animalibus necessarius fuit tactus, quo carent noxia, & vtilia, ac commoda proficerentur. Harum vtraque vis

MM

Gustatus in omnibus animalibus.

Tactus cum in omnibus.

Tex. 18.

Plantæ animalia antcipitis natura.

vite pro-

fuerit, animam suscipiendam. Sic enim plures potestate animas inesse in planta interpretatur, quæ abscissione & plantatione plures actu euadant. At si eandem impartibilem animam & in plâta & in abscisso ramo esse velit; rursumque hac in ramo pereunte accedere aliam: duo planè asserit, quæ fieri nullo modo possunt. Alterum; vnam numero formam in duabus diuisis & diffisis materiæ partibus esse, materiâque multiplicata non multiplicari formas. Alterum; mutationem, quam inter contraria solum, aut certè priuantia posuit natura, inter formas eiusdem speciei fieri. Accedit, quod de insectis animalibus idem, quod de plantis, dicitur: nec tamen de illis idem dicere simpliciter potest. Satius est & naturæ magis consentaneum, animam maximè in materia immerfam, naturæque conditioni proximam dicere simul cum corpore diuidi. Et vt corpus vnum actu potest in plures partes scindi, quæ omnes diuisæ uiuant, sic vna anima plures sit potestate, actu autem plures fiant diuisione: plures inquam numero, non specie. Anima verò quæ per exiguo continetur ramufculo, adolescit sensum, atque in integram & grandem euadit plantam. In plantis enim inquit Philoponus, vbique semen quoddam medulla est, in qua impartibiliter inest anima; quare in abscisso etiam ramo facultates eius omnes inueniuntur. Quæ Philoponi ratio minus est firma. Quoniam medulla pars est plantæ, non semen. Verum illa firmior, quod hæc anima maximè materialis est & velut forma purè naturalis in materia profus immerfa, & cum ea partibilis, vbique habet os potestate, quo & alimentum trahere possit & adolefcere.

Idem & in insectorum animalium genere cernitur. In quibus non vegetans modò, sed sentiens & motrix inest facultas. Insecta quæ dicantur, exponit ipsemet in primo libro de animalium historia cap. 1. Insecta inquit ea appello, quorum corpus incisuris præcingitur, aut parte tantum supina, aut etiam pronam. Vnam enim actu habent animam, potestate plures. Quoniam si in partes diuidantur, ex quoque diuisa sentiunt, dum punguntur, & mouentur loco: atque ita in eadem parte & sentiendi & mouendi principium habent. Huc spectat id, quod in tertio lib. de part. animal. cap. 5. in sanguine præditis animalibus, quæ perfectiora sunt, eam partem, in qua primò residet anima, tum actu, tum potestate, ait esse vnam: In nonnullis verò exanguiibus (cuius generis sunt hæc, quæ vocantur insecta): actu duntaxat esse vnam. Fieri autem posse vt quod est actu vnum, potestate plura, fiat plura per diuisionem; perspicuum est in ijs omnibus, quæ extensionem habent & partibilia sunt: nam linea, lignum, aqua & his similia, cum sint actu vna, diuisione euadunt multa; quibus omnibus eadem est essentia & definitio. Quare genus hoc animalium proximè ad plantarum conditionem accedit, vt actu sint vnum, potestate plures. Et quod dicitur, in alijs animæ differentijs idem, quod in plantis, accidere; de insectis accipiendum est: in quibus & sensus & motus diuiditur, & cetera item facultates. Nam vbi est sensus, adest quoque phantasia, tametsi imperfecta: eodemque modo appetitus quispiam. Quod nequaquam aduersatur ei, quod dictum est in textu 17. actum sine alijs sensibus esse posse. Quoniam eo loco de sensibus exterioribus erat sermo, vt manifestum erit ex textu 31. Neque ei, quod in 3. lib. di-

setur, phantasiam habere organum determinatum in capite. Nam id verum est de perfecta phantasia, quæ distinctas rerum imagines potest effingere, vel etiam interdum si ea procul absint. At imperfecta, quæ in hisce animalibus inest, quæque non operatur nisi præsens sit obiectum, quod actu moueat sensum; in quacunque sentiente corporis parte esse potest. Cum enim partes ea noxiū sentientes obiectum doleant, & vtilitate oportuno delectentur: necesse est, vt propter huiusmodi motum à sensu factum aut fugam imaginentur obiecti tristiciam afferentis, aut prosequitur onem eius, quod delectet.

Ita cessat quoque Philoponi dubitatio. Si enim inquit, phantasia melior est omni exteriori sensu, melioresque facultates esse sine deterioribus nequeunt; non poterit phantasia esse, vbi exteriores omnes sensus non sint; hoc est non nisi in animalibus perfectioribus. Etenim de perfecta & distincta phantasia verum est, non de qualiscunque inchoata, quæ exteriori omni sensu perfecto nequaquam est melior.

Iam verò vbi est sensus, est item dolor, aut voluptas: quatenus continens & proportionatum obiectum sentitur, aut secus. Quam ob causam spongiæ quoque, si quid durum tetigerint, contrahuntur.

Denique cum his necesse est etiam desiderium aliquod adesse & appetitum, & propensionem in obiectum sibi conueniens & proportionatum: & consequenter fugam ab obiecto contrario & aduersante. Quod enim voluptatem sentit, prosequitur iucundum. Aut certè in loco moueri non potest, ad prosequendum pandit sese, aperit, atque ad amplectendū dilatat. Quod verò dolorem percipit, auerfatur noxiū, fugit, aut saltem contrahit sese: prosequi autem & auerfari appetitus sunt. Atque ita in eadem parte inerunt sentiendi, imaginandi, appetendi, & mouendi principia; neque hæc distinguuntur loco,

Quia tamen aliqua animalia phantasia perfecta carent: cum simul proposuisset phantasiam & appetitum adesse, de solo appetitu probauit; quod tenuissima sit & obscurissima vis phantasie. Quare à sensu immediatè ad appetitum trahitur. Vbi, inquit, est sensus, ibi dolor & voluptas; vbi verò hæc, & appetitus necessariò inest. Quædam tamen sunt facultates, quas loco distingui manifestum est. Etenim aspectus in solo viget oculo, auditus in auribus, odoratus in naribus, gustatus in lingua & palato. Nisi cum Philopono dicamus, omnes habere principia à cerebro. Aut cum Simplicio, conuenire omnes in sensu communi. Aut cum Alexandro, sensiones omnes in corde fieri, & ideò ne has quidem esse loco distinctas. Solus tactus per corpus vniuersum situs est. Nimirum propter illius imperfectionem, qua materialis maximè est. Quemadmodum enim quò forma est perfectior, eo magis elaboratam & determinatam materiam, certumque organum requirit: ita quò est imperfectior, naturam & conditionem materiæ magis sequitur, atque cum ea partibilis est. Quam ob causam plantæ, quæ infimum tenent viuientium locum; & in animalium genere insecta, quæ imperfectissima iudicantur; naturam habent & facultates tantopere cum materia fusas & partibiles, vt formas planè naturales imitari videantur: Quæ homogeneæ profus sunt; & si diuidantur, quælibet earum pars eiusdem est rationis cum toto.

TEXTVS.

Περὶ δὲ τοῦ τοῦ ἡνὶς ζωῶντος διανοίας, εὐδὲν φαίνεται
ἀλλ' εἶναι ἡλικίας γένος ἐπιτοῦ ἔξ, ἡ τῶν μόνον ἐνδὲ χυμῶν χωρὶς
αὐτοῦ, καὶ τὸν τὸ αἰδίου τὸ φανερῶν.

Tex. 21. De intellectu autem & contemplatrice facultate
nihil adhuc manifestum. Sed videtur genus aliud animæ
esse: atque hoc solum separari posse, sicut perpetuum à
mortali.

COMMENTARIUS XXI.

Quæ hoc loco de intellectu subjiciuntur, Sim-
plicio non libuit cum superioribus textibus
copulare: sed ad ea potius omnia referre, quæ ha-
ctenus de anima dicta sunt. Quemadmodum etiam
id, quod in tex. 19. dicebatur (quædam autem dubi-
tationem habet) interpretatus est, nequaquam fuisse
dictum propter intellectum: sed propter eas fa-
cultates, quæ non videntur esse suse per totum cor-
pus; sed certam occupare partem, in qua & organum
habet & operationem. Cuius generis sunt aspectus,
auditus, odoratus, gustatus. An scilicet ea loco &
subiecto separata sint; cum vegetantem & tangen-
tem sulas esse per totum corpus, neq. loco distingui,
manifestum sit. De intellectu namq. iam antea aper-
te dictum fuerat, eum non continere vllum corpus,
neque vllius corporis esse actum: & nunc affirma-
tur esse aliud genus animæ; quod tanquam perpetuum
à mortali separetur.

Verum ego non video, quomodo hæc sibi con-
sistent. Nam si antea dictum est, intellectum non esse
actum corporis: & manifestum est, eum esse aliud
genus animæ separabile. Quin etiam eum quoque
comprehensum fuisse in definitione animæ tex. 7. &
constitutum quædam vitæ gradum in textu 13. Qui
fieri potest, si hæc verba ad antecedentem totam tra-
ctationem referenda sunt; vt de illo nihil manifestum
esse dicatur? Reliqui igitur omnes verba hæc cum
illis coniunxerunt; quæ duobus proximis textibus
dicta sunt. Sed Auerr. oēs cū tex. 19. Vt cū ibi quesitum
fuerit, num vnusquisq. illorū quatuor graduū
vitæ sit anima; nunc de intellectu respondeatur; de
eo quidem ex hæctenus dictis nihil manifestum esse,
videri tamē aliud gen^a animæ; neq. posse nisi homonymē
animam appellari. Cæterum neque hoc mihi
probat. Præsertim cū hoc ipsum ex animæ defini-
tione in tex. 7. proposita videretur esse manifestum.
Ea quippe definitione intellectum itē homonymē
saltem contineri, Commentator hic idem tradi-
derat.

Satius igitur est cum Alexandro, Philopono, &
Themistio hæc verba cum textu 20. ita copulare; vt
cū aggressus esset eam quæstionē explicare, num
ex facultates animæ loco & situ sint distinctæ; atque
in quibusdam eam dixisset facile explicari, vt in plū-
tis & insectis animalibus; in quibusdam autem du-
bitationem habere. Addat nunc; de intellectu, qui
contemplatrix facultas est, nihil adhuc manifestum
esse: sed de hoc posse iure optimo dubitari. Quo-
niam neque ex superioribus dictis colligitur, neque hoc
loco determinandum est; num is anima sit ab alijs
distincta, atque indistincta aliqua corporis parte.

A Quoniam etsi in textu 92. lib. 1. dictum fuerit, non
facile fingi posse, quis locus illi in corpore tribui
queat: id tamen nulla ratione demonstratum fuit,
neque præsentis instituti est examinare, neque ex
dictis colligitur. Sed in 3. lib. explicabitur; vbi is di-
citur esse planè incorporeus, immixtus, & inorga-
nicus. Nunc autem quantum ad præsens actum,
hoc constat; eum alioris cuiusdam esse ordinis &
diuiniore naturæ, atque ad aliud animæ genus per-
tinere. Quare etsi vegetantem, sentientem, & mou-
entem, certum sit esse loco diuisas. Tum quod
maximè materiales sunt; tum quod in partibus diui-
sis earū operationes apparent. Id tamen de intelle-
ctu affirmare non licet: quippe est aliud genus ani-
mæ. Hæc enim verba rationem continere videntur,
cur de illo nihil adhuc manifestum sit.

B Est autem aliud animæ genus; quia ipse solus est
immortalis; & ita corporis actus, vt ab eo non pen-
deat, sed separari ab eo possit. Reliquæ animæ mor-
tales sunt & inseparabiles. Intellectio enim & con-
templatio actio quædam est sua natura separabilis,
substantiaque separabilis operatio. Quam ob cau-
sam non solum dixit intellectum, sed & contempla-
tricem facultatem. Non quidem, vt ait Auerr. vt
intellectus significet intellectum actum, & contem-
platrix facultas intellectum patibilem, qui potesta-
te est vt perficiatur. Sed potius, vt & significet se lo-
qui, non de quouis intellectu, sed de eo, qui est in-
telligentis animæ facultas: quæmque dixerat gra-
dum vitæ quendam constitutur; vt optimè, tum hoc
loco, tum in expositione tex. 89. primi libri demon-
strauit aduersus Alexandrum Philoponus: Antio-
telem ostendens loquutum hîc non fuisse de intelle-
ctu diuino, sed de humano. Et præterea ostendit,
non quemlibet intellectum separabilem esse. Quia
cū duplex in anima intellectus distinguitur; præ-
cticus vnus, alter theoreticus; hic solus est separabi-
lis, quoniam eius operatio non indiget corpore.
Præcticus autem inseparabilis est; tum à corpore,
tum à cæteris animæ partibus: quia per corpus &
corporis sensus operationem suam perficit. Cæte-
rum cū idem re sit intellectus, qui vt diuersos res-
picit fines & præcticus dicitur & theoreticus: tantum
est contemplatio separabilis, vt tota intellectus, &
verò etiam intelligentis animæ substantia separe-
tur. Quare intellectus præctici corruptio non est
transitus ad non ens, sed ad melius ens collectio, &
in meliorem statum mutatio, vt in tertio libro in-
quiet Simplicius. Addidit etiam (contemplatrice
facultate) quoniam intellectum passiuum dicitur
tex. 20. lib. 3. mortalem esse.

C Passiuum autem intellectum phantasia dicitur,
quam etiam in superiori textu inseparabilem esse
prodidit: passiuum inquam intellectum, quare
nunc intelligendum obiectum subministrat intel-
lectui.

Neq. tamen quouis modo separatur intellectus.
Etenim accidentia quoque separari dicuntur à sub-
iecto. Verum ita, quemadmodum perpetuū à mortali.
Oppositio scilicet modo separationi accidentium.
Nam accidentia ita separantur, vt corrumpantur ipsa
& subiectum remaneat: intellectus autem, dum se-
paratur, remanet ipse immortalis, & subiectum cor-
pus destruitur. Fortasse etiā hoc addidit, ne intelle-
ctus ita separari intelligeremus, quemadmodum dicitur
vegetantem gradum à cæteris vitæ graduibus se-
parari posse, & à reliquis sensibus tactum. Solitarie
que in

que in viventibus quibusdam reperiri. Propterea enim addidit intellectus separari, sicut perpetuum à mortali: alio scilicet separationis modo. Vt quamuis intellectus, dum est in corpore, à ceteris vitæ gradibus nequeat separari: immò veluti supremus & perfectissimus illos omnes supponat: ab ipso tamen corpore atque adeò ab illis omnibus gradibus alio modo separetur: quo percipientibus illis solus ipse subsistat immortalis. Nam & contemplatio separant se à corporeis facultatibus intellectu fit.

Ita sanè si intelligantur hæc verba, intellectus nostri immortalitatem alitruunt. Sed non minus, etsi non separabilitatem à corpore, sed ab alijs facultatibus interpretetur. Siquidem exponens quomodo fit aliud genus animæ ab illis separatam & diuersam, separabilem ait esse sicut perpetuum à mortali: Quia scilicet pereuntibus illis cum corpore superest ipse solus immortalis. Ita non solum diuersam esse facultatem affirmat; sed diuersam quoque conditionis & naturæ. Quòd reliquæ omnes mortales sunt & caducæ, solus intellectus immortalis & sempiternus. Et quoniam mortale & immortale differunt genere, vt est in tex. 26. lib. 10. Metaph. propterea intellectum dixit aliud animæ genus esse.

Hanc esse veram huius loci interpretationem; neque de separabilitate à corpore, sed à ceteris facultatibus animæ, cuius facultas intellectus quoque fit; manifestum est. Tum ex tex. 19. vbi non de illa, sed de hac dubitationem proposuit; an inquam facultates animæ sint ab inuicem loco, an ratione sola separabiles. Tum ex textu sequenti; in quo statim subiungit, reliquas partes animæ sola ratione separari; non à corpore, sed vnam ab altera, vt sensitiuum ab opinatiuo.

Denique negligendum non est, quòd Philoponus & Simplicius verbum illud (videtur) quod hoc loco habet Philosophus, non dubiam & incertam, vt interdum alibi, sed certam ac definitam sententiam significare voluerunt; vt idem sit ac apparet. Sicut & Porphyrius in libello de quinque vocibus non dubitando, sed asserendo dixit; Videtur autem neque genus, neque species, vno tantum modo dici.

Quare certam hoc loco de intellectu nostri immortalitate pronuntiatam esse sententiam dixit Philoponus. Quod tamen ego affirmare nò ausim; cum aperte dicat, de eo nihil adhuc manifestum esse. Magnum tamen est pro immortalitate argumentum, quòd ita videri affirmet. De his pluribus in 3. lib.

TEXTVS.

Τὸ δὲ λόγῳ τὸ ἀποκατὰ τὴν φύσιν φανερόν ἐστι πῶς οὐδὲν ἐστὶ χωρὶς αὐτῆς καὶ ἀποκατὰ τὴν φύσιν τῆς διανοίας ἐστὶ φανερόν. ἀποκατὰ τὸν λόγον δὲ τὸ ἀποκατὰ τὴν φύσιν φανερόν ἐστὶ φανερόν. ὅτι οὐδὲν ἐστὶ χωρὶς αὐτῆς καὶ ἀποκατὰ τὴν φύσιν τῆς διανοίας ἐστὶ φανερόν.

Reliquas autem animæ partes manifestum ex his separabiles non esse, et quidam dicunt. Ratione autem alias esse manifestum. Sensu enim esse & opinatiuo aliud: siquidem & sentire ab ipso opinari. Similiter autem & aliorum, quæ dicta sunt, vnumquodque.

COMMENTARIVS XXII.

Um antea dixisset, & in plantis & in animalibus quibusdam esse vnam animam per totum corpus fusam: & in illis item facultates esse per totum sparsas; de intellectu autem nihil hoc loco constitui posse, propterea quòd sit aliud genus animæ. Colligit etiam ex dictis manifestum esse reliquas animæ partes, hoc est reliquos vitæ gradus superius commemoratos, vegetantem, sentientem, mouentem, non esse separabiles: non solum à corpore, quemadmodum est intellectus; sed neque ab inuicem, hoc est loco & situ distinctos non esse in diuersis corporis partibus, vnam extra aliam; quemadmodum Plato volebat, aut Timæus.

Simplicius autem ex eo, quòd Ar. dixit (reliquis partes animæ) vere obseruauit, intellectum, de quo in superiori textu fuit sermo, animam partem esse: vt non de alio, quam de humano intellectu ibi loquutus fuerit. A corpore igitur separabiles nò sunt; quia sunt actus corporis materialis, atque à corpore pendentes: nec vllam habent operationem, quæ nò per organum corporeum perficiatur. Ab inuicem autem. Tum quia ita sunt inter se cònexæ & necessario vinculo colligatæ; vt dum superior inferiorè supponit, vbi est illa, hanc quoque esse necesse fit. Tum quia fuse sunt per totum corpus, & ideò vbi est vna, est item altera. Sed tamen loco & situ non distinguuntur; distinguuntur tamen definitione & naturæ. Aliud enim ratione & definitione esse sentiens, aliud opinans; compertum est ex illorum operationibus, ex quibus facultatum vim & naturam optimè inuestigamus. Namque aliud est sentire, aliud opinari, aliud vegetare, aliud moueri loco. Tamen vbi est motus, sine etiam sensus & vegetatio.

Verum hoc, quod dictum est; animæ partes seu facultates nequaquam esse loco distinctas: accipiendum non est de singulis facultatibus in specie, siquidem aliqua sunt loco distinctæ, vt aspectus, auditus, odoratus, gustatus; quæ distincta habent in corpore organa: sed de vniuerso illarum genere; de toto inquam genere gradus vegetantis, sentientis, & aliorum. Quandoquidem in gradu item sentiente tactus saltem per totum corpus fusus est: & ideò in eodem loco cum ceteris vitæ gradibus verum est sentientem quoque adesse gradum.

Nomine porò opinantis Philoponus interpretatus est mouens. Melius Aueroes & S. Tho. intelligens. Tum quia opinio, seu opinari actionem intellectus videtur significare. Tum quia magis credendum est, Philosophum còparasse sensum cum intellectu, quam cum motu. Ambæ enim illæ sunt facultates cognoscentes. Et cum certum sit, opinans significare aliquem ex quatuor illis vitæ gradibus antea numeratis; opinari nullam prorsus habet similitudinem cum inceptu, maximam cum intellectu. Immò ad intellectum planè pertinere opinionem velut rationationis probabilis conclusionem, sicut scientia demonstrationis necessaria còclusio est, ex pluribus locis cognoscitur, vt ex in tex. 157. huius lib. & tex. 44. prioris lib. de Post. Anal. & c. 3. lib. 6. Moral. ad Nicomachum. In quibus certum est opinionem eum voluisse ad intellectum pertinere. Fortasse etià hoc ipsum propter Platonicos dictum fuit. Opinio enim inquit Proclus Commentario 3. in Timæum, totius rationalis vitæ finis est, hoc est rationalium omnium

Intellectus anima part.

Opinans iud.

Anima immortalis.

Verbum videtur.

Anima immortalis.

Tex. 22.

hic tandem spectabant ; vt alia colligeretur anima definitio specialis magis , & anima cuiusque propria ; quam fuerit generalis illa , qua antea definitum fuerat animam esse actum primum corporis naturalis organici . Vt non solum intelligeretur vniuersa , animam esse actum corporis ; sed causa quoque cognosceretur , cur sit actus & quomodo vnaqueque anima sit actus . Hoc nimirum nunc praestat ; vt ego quidem opinor ; interpretatione penes omnium ; praesertim Alexandri in 2. lib. natural. quaest. Simplicij , Philoponi , & Auerrois . Nam etiam Graeci illi dixerunt , eum voluisse nunc assignare causam prioris illius definitionis : & Auerroes declarare , quod anima sit substantia secundum formam : non negarunt tamen id noua definitione fieri , quae causam illam contineret . Memores scilicet eius , quod in textu 12. propositum fuit quaerendam esse definitionem , que non solum explicaret quod sit , sed etiam cur sit .

Principio igitur accipit , duobus modis intelligi posse rem quampiam operari per aliquid . Aut enim id dicitur , tanquam per formam ; aut tanquam per materiam , aut subiectum , quod formam habeat . Nam homo aut dicitur scire per animam , quae scientiae subiectum est : aut per ipsam scientiam , quae forma quaedam est & habitus . Et dicitur item esse sanus , aut per corpus , quod sanitatem habet ; aut per sanitatem , quae est forma . Per corpus , inquam , aut totum , sit totum sit sanum ; aut per aliquam eius partem , quae sanitatem potitur . Differunt autem materia & forma , quantum ad rem praesertim attinet : quod per formam primo scimus id quod scimus , & primo sani sumus ; & non per materiam . Tamen si forma nec sit nec recipiatur , dum ab agente producit , nisi in materia disposita . Actiones enim potius tribuuntur formae , quam materiae ; etsi vere sint compositorum . Tum quia actionis principium est forma , non materia . Tum quia agit vnumquodque vt est actu ; est autem actu per formam . Est tamen & materiam actionis causam materialis , quod & eam suscipiat , & non quod uti agit in quoduis ; sed in id , quod aptum est actionem eius suscipere : Quare cum ad certam formam suscipiendam , quae actionis principium est , certa requiratur materia : si agendi ratio significet quidquid est ad agendum necessarium , materia quoque agendi ratio dici potest . Neque enim agit forma sine materia . Si tamen agendi ratio proprie vsurpetur , materia agendi ratio non est . Sicut nec quantitas ; etsi ad agendum non solum certa materia , sed & certa quantitas requiratur . Ita forma potior est , & vt traditur in tex. 12. lib. 1. Phys. natura magis , immo & in textu 7. & 8. lib. 7. Metaph. substantia magis , quam materia . Vnumquodque enim tunc magis esse dicitur , cum est actu , quam cum potestate .

Hoc iacto fundamento ; quoniam antea dunt quatuor vitae gradus distingueret , animam posuerat principium esse vegetandi , sentiendi , mouendi , & intelligendi : hanc animae definitionem colligit ; Anima est principium , quo primo viuimus , sentimus , mouemur , & intelligimus . Ex qua priorem illam , quam antea veluti generalem posuerat , ita demonstrat . Id , quo primo quidpiam operatur , est forma & actus illius ; sed anima est id , quo primo animata vegetant , sentiunt , mouentur intelligunt ; Anima igitur est actus & forma animatorum corporum : non tanquam materia & subiectum : nam est operationes , quae in rebus animatis cernuntur , soli animae non tribuuntur ; sed illi quoque , quod ha-

bet animam (non enim solum dicimus animam intelligere , aut videre ; sed hominem quoque intelligere & hominem videre) animae tamen tribuuntur tanquam principio primo , quo id quoque , quod animam habet , operari dicitur quoque posito ponitur vita , ablatoque aufertur . Quemadmodum si & calorem dicimus calefacere & ignem ; intelligimus tamen , calorem primo calefacere , esseque in igne velut principium , quo ipse calefaciat . At quando operatio duobus tribuitur , alterum illorum oportet esse velut formam , aliorum vt materiam : formamque esse id , quod est principium primum & ratio operandi , sicut & calor in igne calefaciente & anima in animatis corporibus operantibus .

Iam dum animam definiuit esse principium , quo primum viuimus , sentimus , mouemur , & intelligimus ; non vnati eum definitionem , sed quadruplicem posuisse existimauit Aegidius . Etenim cum generalem antea vniuersae animae definitionem exposuisset , singula supererat animae specialis & propria definitione definienda . Quatuorque omnino sunt definitiones ; quemadmodum & quatuor animae , quae definiuntur , Vegetans , qua viuimus , sentiens , qua sentimus , mouens qua mouemur , Intelligens , qua intelligimus . Tamen si Philosophus breuitatis studiosus vnica omnes vitas sit definitione coplecti . Veru du ita Aegidius loquitur , quatuor accipit animarum genera . Cu tamen , nec Aristoteli , nec vlli omnino Philosopho , mouens anima fuerit cognita tanquam ab alijs diuersa ; sed solum vt animae sentientis facultas . Deinde Aristoteles in tota hac tractatione de anima vniuersae loquitur : Et quamuis vitae gradus distinxerit , nondum tamen animarum genera separauit . Immo in tex. 12. numero vnus loquens quaerenda proposuit definitionem , quae causam alterius definitionis antea explicata contineret : & vt illa generalis fuit , ita & haec altera esse debuit . Denique non sine causa duas eo ipso in loco quadrationis definitiones commemorat ; formalem vniam ; alteram causalem . Nimirum vt duas quoque doceret animae definitiones adferendas esse ; quarum vna alterius causam contineret . Quod si addatur id , quod eodem in loco dicitur , ex vtraque definitione , formali & causali ; posse vniam perfectissimam confici , quae sola dispositione a demonstratione differat ; magis hoc , quod nunc queritur manifestum fiet . Quemadmodum enim definitio illa est vna , quae est velut conclusio : sic eam quoque , quae velut demonstrationis principium futura est , vniam esse oportet .

At enim non defuerunt , qui posteriorem hanc definitionem soli animae intelligenti propterea vellent conuenire ; quod ea sola , vt omnium perfectissima est & suprema , ita gradus omnes vitae ac ceterarum animarum continet : verereque dici potest esse principium vitae , motus , sensus , & intellectus . At quorsum nunc intelligens anima definiatur ? Si ita esset , non proposuisset Philosophus in tex. 12. quoniam prior definitio obscura fuerat , iterum ex notioribus nobis tentandum esse ipsam aggredi ; hoc est illam animam vniuersam , quam antea obscurius definiuerat . Non item prioris definitionis causam exposuisset , vt eo loco pollicitus est . Neque potuisset in textu 24. ex ea concludere animam esse actum corporis & formam . Quoniam ex eo , quod intelligens anima existat in nobis earum omnium operationum principium , nequaquam colligi potest animam vniuersam in viuentibus omnibus esse actum corporis : sed solum intelligentem in

Esse vnā definitionem.

Eam omnem animam continere.

nobis esse velut actum & formam nostri corporis. Vt autem omnis anima ostendatur esse actus & forma corporis; necesse est omnem animam dicere esse principium, quo viuientia viuunt, sentiunt, moventur, intelligunt.

Quomodo intelligenda sit.

Porro dum hoc dicitur, non ita dicitur, quasi omnis anima in viuentibus omnibus hæc omnia præstet. Iam enim dictum est, hos vitæ gradus separari, posseque vnum solum interdum sine alijs omnibus, & inferiorem quæmuis sine superiore reperiri. Sed hoc solum asseritur. Quidquid viuunt aut sentit, aut mouetur, aut etiam intelligit, id per animam tanquam per principium primum viuere, sentire moueri, & intelligere. Itaque si viuunt plura per animam viuunt: si animalia præter vitam fruuntur sensu, aut etiam motu; & homo præter sensum & motum vim habet intelligendi; animam in illis horum omnium principium inesse. Animam igitur esse principium vitæ, sensus, motus, & intellectus; aut coniunctim intelligi potest, aut disiunctim. Vtroque modo verissime. Quemadmodum enim cum natura definitur principium motus & quietis; aut interpretatur eam vtriusque ita esse principium, vt quantum in omnibus non si quies, vt in Cælo: neque in omnibus motus, vt in partibus terræ, quæ circa centrum versantur: omnis tamen motus & omnis quies, quæ sunt in naturalibus, principium habent à natura. Aut etiam licet exponere cum disiunctione, eam in omnibus natura constantibus aut motus principium esse aut quietis. Ita sanè cum in hac secunda definitione definitur anima videatur, non per se considerata & quatenus forma per comparationem ad suum proprium subiectum, vt in priore: sed per ordinem ad operationem & quatenus est natura: animam dicere licet ita esse principium, quo viuimus, sentimus, mouemur, & intelligimus: vt quamuis in omnibus hæc omnia in sint, omnis tamen vita, omnisque sensus, motus, & intellectio vbicumque reperiantur, siue omnia, siue aliqua; principium habeant ab anima. At ita demum id interpretari, vt ea semper principium sit aut solius vitæ, vt in plantis: aut in quibusdam animalibus vitæ & sensus; aut in alijs motus quoque; aut etiam intellectus.

Quomodo natura principii motus & quietis.

Ita exposita est posterior hæc definitio. Quæ communis item est & generalis, quemadmodum prior: tamen rationes quoque singularium animarum proprias magis significet. Ex ea verò conatus est Christophorus Marcellus in 1. lib. de anima cap. 9. ostendere, Philosophum nec priorem illam demonstrasse, nec omnino demonstrare potuisse. Sed inanis fuit omnis illius labor. Nam vt communem mittam Interpretum expositionem, immò & ipsius Aristotelis sententiam in textu 12. pollicentis notiozem definitionem, quæ prioris causam doceat: certè in hoc textu 24. manifesta argumentatione probauit, animam omnem esse actum corporis; quia est principium, quo primò viuimus, sentimus, mouemur, & intelligimus. Ac demum in textu 26. ex eadem hac definitione conclusit, priore illa optimè definitam fuisse animam esse actum corporis potestate vitam habentis.

Definitiones hæc priorem demonstrari.

Iam verò probationem hanc S. Thomas iudicauit esse à posteriori. Quoniam prius est animam esse actum corporis, quam esse principium viuendi,

Quomodo demonstratur.

aut omnino operandi in corpore. Verum reclamabit Philosophus, qui in tex. 12. querendam proposuit definitionem, quæ prioris causam redderet. Quod si per eam definitionem probatur, quæ continet causam; à priori probatur. Ita senserunt, tum Magnus Albertus in 2. naturalium quest. cap. 25. Quamquam Albertus idè dixit esse probationem à priori, quod prius sit animam esse principium vitæ & ceterorum, quam esse actum corporis. Ego interpretans Aristotelis sententiam & Græcorum Interpretum, qui demonstrationem esse per causam tradiderunt; propterea esse à priori existimo, quia est per causam finalem. Nam esse principium vegetationis, sensus, motus, & intellectus, est veluti finis comparatione ipsius anime absolute & per se considerate. Sicut enim quilibet forma est propter operationem; sic anima idè viuentibus tributa est à natura, vt sit illis vitalium operationum principium. Qui finis non solum operationem illam significat, velut accidens quoddam & actum secundum formæ; sed ipsam potius formam operantem, atque in actum secundum quoque prorumpentem.

Ita pulchrè Aristoteles duplici definitione complexus est etiam duplex esse, duplicemque perfectionem, quam anima tribuit corpori; essentialem vnâ, alteram operatiuam. Et quoniam finis non solum est causa, sed prima omnium causa, & vt ita dicam, causarum omnium causa: optime probari potest ex illo alia quæcumque causa: presertim vero in naturalibus, quæ ex fine necessitate habent.

Demonstratur igitur Philosophus animam esse actum primum & formam organici corporis; duo antea accepit, ex quibus probationem totam conficeret. Alterum; formam & actum esse principium primum operandi. Nam cum operatio actum secundum significet; consentaneum ektioni existimare, illius principium esse actum primum: & formam potius, quam materiam, quæ potestatem significat, est que potius apta ad incipiendam & sustentandam operationem, quæ à forma promatur, quam ad eam promendam. Alterum, animam esse principium in viuentibus, quo primum viuunt, sentiunt, & omnino operantur. Quod quia videbatur aliquam habere difficultatem, futurumque erat demonstrationis medium, explicatum antea fuit in textu 13. vbi admonuit, hoc animata distingui ab inanimis, quod animata viuunt, sentiunt, mouentur, intelligunt. Ex his namque duobus veluti principijs ita postremo ratiocinatus est. Id, quo primum res vnaqueque operatur, est illius forma & actus primus: anima est id, quo primum operantur viuentia: anima igitur est forma & actus primus viuentis corporis. Prior definitio exposuit quòd sit, posterior hæc propter quid sit. Illa ostendit animam esse distinctam à corpore, seu compositum, quod constituit: hæc diuersam esse ab actu 2. & operatione, quam promit. Illa dare esse essentialè & absolutum corpori, hæc esse operatiuum. Illa perficere corpus vt subiectum, hæc eo vt, vt instrumento. Vtraque esse actum primum, qui & corpus absoluit & operationem edit.



TEXTVS.

TEXTVS.

Τὸ εἶδος τῶν λεγομένων τῶν οὐσιῶν, καθ' ἑαυτὸν εἶναι μὴ δύναται ἴσως, ἀλλὰ διὰ τὸ εἶδος αὐτῶν. οὐ γὰρ ἔστιν ἡ οὐσία διὰ τὸ εἶδος, ἀλλὰ διὰ τὸ εἶδος αὐτῶν. ἐπεὶ δὲ τὸ εἶδος αὐτῶν, ἐστὶν ἡ οὐσία, καὶ τὸ εἶδος αὐτῶν, ἐστὶν ἡ οὐσία.

καὶ εἶδος τῶν λεγομένων τῶν οὐσιῶν, οὐ δύναται εἶναι μὴ διὰ τὸ εἶδος αὐτῶν, ἀλλὰ διὰ τὸ εἶδος αὐτῶν. οὐ γὰρ ἔστιν ἡ οὐσία διὰ τὸ εἶδος, ἀλλὰ διὰ τὸ εἶδος αὐτῶν. ἐπεὶ δὲ τὸ εἶδος αὐτῶν, ἐστὶν ἡ οὐσία, καὶ τὸ εἶδος αὐτῶν, ἐστὶν ἡ οὐσία.

Et propter hoc bene opinantur, quibus videtur, neque sine corpore esse, neque corpus aliquid anima. Corpus enim non est: corporis autem aliquid. Et propter hoc in corpore inest, & in corpore eiusmodi.

Tribus enim modis cum dicatur substantia sicut diximus: quorum hoc quidem species, illud autem materia, aliud autem ex utrisque. Horum autem materia quidem potestas, species autem actus. Quoniam autem quod ex utrisque, animatum, non est corpus actus anime, sed ipsa corporis cuiusdam.

COMMENTARIVS XXVI.

COMMENTARIVS XXV.

Præter demonstrationem illam, qua ex posteriori animæ definitione probavit priorum animam esse actum & formam corporis: rursus alia quadam ratione illud ipsum confirmat. Repetita enim diuisione illa substantiæ superius proposita in materiam, formam, & compositum: & accepto eo, quod tunc etiam acceperat, animam esse substantiam; eam conficit esse formam & actum corporis. Non enim potest ipsa esse totum compositum ex materia & forma; quia hoc est corpus animatum; non anima; sed habens animam: neque potest esse materia, seu corpus; quia materia est potestas: & corpus tantum abest, ut sit actus animæ, ut ipsum potius sit potestate ad animam: erit igitur ipsa actus & forma corporis cuiusdam; nempe organici.

Postquam demonstrauit animam esse actum corporis, illud ipsum antiquorum testimonio confirmat: seu ex dictis colligit, bene illos dixisse, qui animam affirmarunt non esse corpus, sed neque sine corpore esse. Verè enim ut hæcenus demonstratum est, non est corpus, sed aliquid corporis; actus scilicet, forma & perfectio, & velut principium primum operandi in corpore. Quare sine corpore aut esse aut etiam intelligi non potest. Cuius enim esset actus, forma & perfectio: Nam hæc relationem quandam significant; quæ verò huiusmodi sunt, vnum sine altero esse aut intelligi nequit.

Neque tamen ex eo, quod laudauit antiquos animam dicentes non esse sine corpore; licebit deducere, eam esse mortalem & à corpore inseparabilem. Etenim in textu xi. dixit; est actus corporis, aliquam tamen separari posse, quod corporeus, materialis, & pendens à corpore actus non sit. Et in text. xi. Intelligentem animam separari posse, tanquam perpetuum à mortali. Alio profusus intellectu credendum est, eum hoc loco affirmasse, animam sine corpore esse non posse. Nimirum aut de mortali solum anima loquutus est; cum intellectum iam dixisset aliud esse genus animæ & à cæteris separandum. Aut id intelligendum est plerumque ita habere. Ant credendum fuisse dictum de anima, ut est anima, & forma. Nam omnis anima, ut est anima, & forma actionesq; per corpus exercet, sanè requirit corpus: & si nihil aliud habeat, omnino non potest sine corpore esse. At si quæ sit immaterialis & intelligens, habeatque operationem propriam; nempe contemplationem, in qua non solum corporis instrumento non vitur, quin corpus est illi potius impedimento: hæc ex parte separari poterit, & esse sine corpore. Separata autem intellectus dicitur, seu mens, non anima; nisi potestate & actu primo, non secundo. Quam ob causam Simplicius non tam animam, quam intellectum, separabilem esse voluit. Anima quippe non tam essentia, quam habitudinis ad corpus, nomen est. Et Nauita, ut nauis gubernator & perfectio existit, inseparabilis ab ea est: ut autem homo, separabilis. Denique nullam animam posse esse sine corpore, intelligendum non est quo ad existentiam; ut non possit per se absque corpore coherere: sed quo ad quid ita rem & definitionem; ut neque intelligi eius natura neque definitione explicari sine corpore queat. Sed & corpus ipsi & defini non debet cum ordine aliquo ad corpus. Quemadmodum & per ordinem ad corpus & eiusmodi corpus definiuit eam Philosophus; cum esse dixit actum corporis potestate vitam habentis.

Quod verò ait Simplicius, materiam significare compositum animatum corpus, non corpus solum: neque animam esse perfectionem corporis, sed animam corporis: verbis Philosophi non conuenit. Tum quod materiam dicitur, quod est potestas, non quod actu constitutum. Tum quod animatum corpus non materiam, sed quod ex materia & forma constat, esse asserit. Tum quod apertis verbis non corpus animæ, sed animam corporis ait esse actum.

Neque tamen ex eo, quod laudauit antiquos animam dicentes non esse sine corpore; licebit deducere, eam esse mortalem & à corpore inseparabilem. Etenim in textu xi. dixit; est actus corporis, aliquam tamen separari posse, quod corporeus, materialis, & pendens à corpore actus non sit. Et in text. xi. Intelligentem animam separari posse, tanquam perpetuum à mortali. Alio profusus intellectu credendum est, eum hoc loco affirmasse, animam sine corpore esse non posse. Nimirum aut de mortali solum anima loquutus est; cum intellectum iam dixisset aliud esse genus animæ & à cæteris separandum. Aut id intelligendum est plerumque ita habere. Ant credendum fuisse dictum de anima, ut est anima, & forma. Nam omnis anima, ut est anima, & forma actionesq; per corpus exercet, sanè requirit corpus: & si nihil aliud habeat, omnino non potest sine corpore esse. At si quæ sit immaterialis & intelligens, habeatque operationem propriam; nempe contemplationem, in qua non solum corporis instrumento non vitur, quin corpus est illi potius impedimento: hæc ex parte separari poterit, & esse sine corpore. Separata autem intellectus dicitur, seu mens, non anima; nisi potestate & actu primo, non secundo. Quam ob causam Simplicius non tam animam, quam intellectum, separabilem esse voluit. Anima quippe non tam essentia, quam habitudinis ad corpus, nomen est. Et Nauita, ut nauis gubernator & perfectio existit, inseparabilis ab ea est: ut autem homo, separabilis. Denique nullam animam posse esse sine corpore, intelligendum non est quo ad existentiam; ut non possit per se absque corpore coherere: sed quo ad quid ita rem & definitionem; ut neque intelligi eius natura neque definitione explicari sine corpore queat. Sed & corpus ipsi & defini non debet cum ordine aliquo ad corpus. Quemadmodum & per ordinem ad corpus & eiusmodi corpus definiuit eam Philosophus; cum esse dixit actum corporis potestate vitam habentis.

Illud etiam notandum est, intelligentem quoque animam esse formam formantem corpus & actum dantem illi esse. Nam & de solo actu formante est sermo; qui actuat & perficit potestatem materię & simul cum ea compositam substantiam facit; & omnem illam animam, quam definiuerat, probat eiusmodi esse actum. In ea verò definitione manifestum est, intelligentem quoque animam nominatam fuisse; dum animam dixit esse principium, quo intelligimus; quod in textu 13. vobis appellauit. Imò in superiori quoque textu de sola formante forma loquebatur, cum dixit; illi potius, quam materię, operationis principium tribuendum esse. Quare cum non minus anima intelligens sit in homine principium intelligendi, quam vegetans aut sentiens; principium vegetandi aut sentiendi aut etiam progrediendi; non minus intelligentem animam, quam reliquas formantem formam esse conficitur. Ac potest etiam ex hac posteriori definitione, in qua anima item intelligens nominata est, priorem illam probauerit, qua vniuersè fuerat affirmatū, animam esse actū corporis: inde etiam concluditur, in priori illa definitione eam quoque animam comprehensam fuisse, definitamque actum corporis formantem, quemadmodum reliquas omnes.

Neque tamen ex eo, quod laudauit antiquos animam dicentes non esse sine corpore; licebit deducere, eam esse mortalem & à corpore inseparabilem. Etenim in textu xi. dixit; est actus corporis, aliquam tamen separari posse, quod corporeus, materialis, & pendens à corpore actus non sit. Et in text. xi. Intelligentem animam separari posse, tanquam perpetuum à mortali. Alio profusus intellectu credendum est, eum hoc loco affirmasse, animam sine corpore esse non posse. Nimirum aut de mortali solum anima loquutus est; cum intellectum iam dixisset aliud esse genus animæ & à cæteris separandum. Aut id intelligendum est plerumque ita habere. Ant credendum fuisse dictum de anima, ut est anima, & forma. Nam omnis anima, ut est anima, & forma actionesq; per corpus exercet, sanè requirit corpus: & si nihil aliud habeat, omnino non potest sine corpore esse. At si quæ sit immaterialis & intelligens, habeatque operationem propriam; nempe contemplationem, in qua non solum corporis instrumento non vitur, quin corpus est illi potius impedimento: hæc ex parte separari poterit, & esse sine corpore. Separata autem intellectus dicitur, seu mens, non anima; nisi potestate & actu primo, non secundo. Quam ob causam Simplicius non tam animam, quam intellectum, separabilem esse voluit. Anima quippe non tam essentia, quam habitudinis ad corpus, nomen est. Et Nauita, ut nauis gubernator & perfectio existit, inseparabilis ab ea est: ut autem homo, separabilis. Denique nullam animam posse esse sine corpore, intelligendum non est quo ad existentiam; ut non possit per se absque corpore coherere: sed quo ad quid ita rem & definitionem; ut neque intelligi eius natura neque definitione explicari sine corpore queat. Sed & corpus ipsi & defini non debet cum ordine aliquo ad corpus. Quemadmodum & per ordinem ad corpus & eiusmodi corpus definiuit eam Philosophus; cum esse dixit actum corporis potestate vitam habentis.

TEXTVS.

Καὶ οὐχ ὡς οἱ πρῶτον εἰς αὐτὰ ἐκτελεῖται αὐτῶν, αὐτῶν πρῶτον εἰς τὴν ψυχὴν ὡς εἰς τὴν ἀκίνητον, ὡς οἱ πρῶτον εἰς τὴν ψυχὴν ὡς εἰς τὴν ἀκίνητον, ὡς οἱ πρῶτον εἰς τὴν ψυχὴν ὡς εἰς τὴν ἀκίνητον...

Et non sicut illi, qui ante nos fuerunt, ad corpus aptabant ipsam, nihil ultra definientes, in quo & quali, cum tamen non quodlibet videatur recipere quodlibet. Sic enim sit & secundum rationem. Vni cuiusque enim actus in eo quod potestate existit & in propria materia, aptus natura est fieri. Quod dicitur actus quidam est & ratio potestatem habentis, ut sit huiusmodi, manifestum ex his.

COMMENTARIVS XXVII.

Antiquiores Philosophos superioribus verbis commendauit, quod animam dixissent non esse quidem corpus, at sine corpore non esse. Verum magnopere nunc reprehendit, quod nihil de huiusmodi corpore docuerunt quasi vitam definitionis partem confirmas; qua anima dicebatur esse actus corporis organici. Siue enim a corpore separari, siue sine corpore cognosci atq. intelligi non posse voluerint; perinde peccarunt. Etenim corpus animae est tum subiectum & materia, tum instrumentum. At materia & forma, potestas & actus relationem significant: agens item causa & proprium illius instrumentum: simulque cognosci & explicari debent. Certè nec forma quauis in materia quauis suscipitur, nec instrumentum quodlibet cuiusvis agentis ad opus quodlibet efficiendum est vsui. Verum & agentia singula habent instrumenta certa, & formae quaeque proportionatam sibi materiam possunt; & perfectio quauis in eo fieri natura sua est apta, quod naturalem ad illam potestatem habet, & est proxima eius materia.

Anima corporis que proprie.

Vtramque rationem pulchrè complexus est in textu 53. lib. primi. Sic enim aduersus Pythagoreos loquebatur. Hi autè solum nituntur dicere quale quid sit anima, sit de suscipiente corpore nihil ultra definiunt, quasi contingat iuxta Pythagoricas fabulas, animam quamuis in quod vis ingredi corpus videtur enim vnum quodque propriam habere speciem & formam. Perinde autem inquirunt, ac si quis fabrillem dicat in tibus ingredi. Oportet enim artem instrumentis vt, animam verò corpore. Quem locum maximè videtur hic contextus spectare, quem interpretamur, & ex eo non parum illustrari. At nunc ex materia potissimum & formae natura argumentum deducit. Quemadmodum enim vnaquaeque potestas non quolibet actu perficitur, sed certo & determinato, qui optimè illi conueniat: ita nec quilibet actus in qualibet potestate conuenienter suscipitur: nec quilibet forma apta est materiam quamcumque formare, sed certam aliquam determinatis dispositionibus affectam & preparatam. Nam & quadrupedum, & bipedum, & terrestriū, & volatiliū, & natantium corpora plurimum dif-

ferunt, singula pro ratione animae, futurarumque operationum optimè comparata. Quod de generibus & speciebus animalium, atque viuientium intelligas. In indiuiduis enim si diuersa est morum & actionum conditio; non propter eam comparatum est corpus, sed ea potius ex corporis temperatione nascitur. Itaque non fuit satis dicere, animam esse actum corporis, sed addendum fuit, cuiusnam & qualis corporis sit actus. At corpus ad ea suscipiendū aptum est corpus organicum, ergo animam bene definitum à nobis est esse actum corporis organici potestate vitam habentis.

Itaque vniuersalem hanc de natura & definitione animae disputationē iure optimo concludit, ex dictis manifestū iam esse animam, esse actum quandam & rationem, hoc est actum primū & formam, corporis potestatem habentis vt sit huiusmodi, hoc est vt viuat & habeat animam eique famuletur. Quae sanè postrema verba illis respondent, quibus in tex. ii. priori definitione inquebat figura fuisse dictum quid sit anima, nūc enim manifestè magis explicatum est.

Digressio X. De vnione Anima cum corpore.

Ex quo loco duo cognosci possunt, Alterū, Intelligentem animam Aristoteli fuisse formam formam: siquidem animam omnem propterea probat esse actum determinati corporis; quoniam quilibet actus non in qualibet materia & potestate suscipitur, sed in certa quapiam & determinata. Quae probatio de formante solum forma aperte loquitur.

Alterum; id, quod à Philosophis curioso disputatur, num vnio animae cum huiusmodi corpore sit naturalis, hoc est cum naturali propensione partium, quae vniuntur. Quid sit vnio formae cum materia, in superioribus dictum est in commentario 8. Iam de eo, quod quaeritur, corpori quidem naturalem esse, videtur manifestum: quia cum ab anima perficiatur, ad eam nimirum tanquam ad perfectionem inclinatur. Certum etiam est, naturalem esse vegetanti animae & sentienti, omnique formae, quae ex materia potestate educatur. Propterea quod ex omnes ex materia accipiunt esse & perfectionem. Itaque intelligentis animae propria est hic difficultas; vt non dubitauerit S. Augustinus in libro de spiritu & anima miraculo plenum affirmare, quod tam diuersa & distita coniungi poterint. Dignior enim huius animae natura videtur, quam vt corpori sociari debeat. Etenim ea perfecte subsistens est, minime pendens à corpore; nihil ab eo accipit, siue vt sit, siue vt operetur. Quin illud potius detrimenti patitur, vt nec seipsam nec res ceteras immateriales liberè possit intelligere: sed sensibus vt & phantasmatis debeat. Deinde si vnionem concupisceret, violenta foret separatio. Et si ad vllum corpus propenderet, nequaquam illud videretur esse hoc nostrum, quod gestamus: quoniam nimis terream est, graue, crassum, & materiale; ineptissimum ad propriam illam huius animae operationem, quae pondere hoc & mole corporis hebetatur magnopere ac penè obruitur. Tenuius aliquod & simplicius corpus, quale esset Caeleste aut aereum & spiritale, magis eam deceret. Et vt vno verbo dicam, quemadmodum illa perfectissima est forma, ita perfectissimum corpus deberet appetere. At natura